



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 2. Quanta eleemosyna sit facienda?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

neffaria ad salutem, corripiendo delinquentes, &c; sed corporalis: usus enim Fidelium Bullas de eleëmosynâ loquentes, interpretatur de eleëmosyna corporali.

Nomine autem eleëmosynæ corporalis veniunt datio stipis indigenti, exceptio mendici, peregrini pauperis, Religiosi, intra domum; denique exercitium unius ex septem operibus misericordiæ corporalis: singula enim ex illis septem misericordiæ corporalis operibus, sunt propriè dictæ eleëmosynæ, ex S. Thomâ. 2. 2. q. 32. a. 2. communiter recepto.

Et quamvis Bulla diceret, esse dandam eleëmosynam; satisfactorius diceretur, qui faceret unum ex illis operibus designatis, ut colligi potest ex iis, quæ de præcepto dandi eleëmosynam tradit ibidem sanctus Doctor art. 5. & cum eo cæteri Theologi. Gobat n. 218. Arsdekin p. 3. tr. 3. c. 6.

Q. 2. Quanta eleëmosyna sit faciendâ?

H 3

R. 1. Si

R. 1. Si Bulla nihil determinet ; sed solum præscribat eleëmofynam ; tunc sufficere quantamcumque etiam minimam, respectu quorumcumque, etiam maximè divitum, docet Diana p. 5. tr. 12. R. 14. & 31. cum Emman. Rodriquez n. 9. Leone, Fausto, & aliis.

At Navarrus De Jubil. Notab. 31. n. 34. Corduba n. 26. Silvester v. Indulgentia n. 20. Reginaldus l. 7. cap. ult. n. 187. Alloza v. Indulg. Sect. 4. n. 9. &c. censent, dandam esse, prout conditioni personæ congruit, magnam à divite, parvam à paupere. Et Dicastillo, De Pœnit. tr. 9. n. 199. censet habendam esse aliquam rationem statûs, maximà divitiarum. Hæc sententia suadenda est, tum ob majorem securitatem Indulgentiæ consequendæ, tum ob majus meritum.

Graviter etiam monet Rodriquez loco cit. debere multum notari, esse opinionem multorum antiquissimorum & gravium Doctorum, scilicet S. Thomæ, S. Bonaventuræ, Sancti Anto-

Antonini, & aliorum, quos refert Navarrus & Corduba, qui eum fequitur; qui dicunt, quod, quando Sanctitas fua concedit Indulgentiam cum obligatione erogandæ eleëmofynæ, non ponens fignanter quantitatem ejus quod debet dari; fi dives voluerit confequi, debet dare eleëmofynam fecundùm ejus ftatum, id eft, Rex ut Rex, dives ut dives, pauper ut pauper, &c. Hæc quidem Rodriquez. Cæterùm antiqui illi Authores videntur loqui, quando Pontifex concedit Indulgentiam erogantibus eleëmofynam tanquam unicum opus, ut ad fabricam Ecclefiæ, in fubfidium belli contra Turcas, &c. Lege ipfum Cordubenfem.

R. 2. Si Bulla (ut ferè jam folet) dicat faciendam effe eleëmofynam prout unicuique devotio fuggesserit; licet Zecchio De Indulg. cap. 2. n. 7. fub finem, Simoni Purré lib. gall. Thefauro Indulg. p. 2. c. 7. n. 2. plures citanti, &c. videatur fufficere quæcumque etiam parva: Attamen mihi videntur

176 P. 3. De Jubilao extraordinario.
tur verba illa importare aliquid, quo
significatur habendam esse rationem
sux devotionis, & dictaminis inte-
rioris, ad elargiendam eleëmosynam,
non scrupulosè, sed morali & bono
modo: minor tamen apud divites
sufficiet, quàm si diceretur, *pro cuius-
que facultate*; ut etiam advertit Pater
quidam S. Theolog. Treviris Pro-
fessor, in suis Litteris ante plures an-
nos ad me Luxemburgi tunc com-
morantem datis. Idem videtur dicen-
dum, si dicat Bulla, *prout cuique cha-
ritas suggesserit.*

R. 3. Si Bulla exprimat, facien-
dam eleëmosynam *juxta cuiusque fa-
cultatem*; tunc non quævis sufficeret
pro quolibet etiam divite, ut volunt
aliqui apud Dianam p. 5. tr. 12. R. 14.
sed major à divite danda esset, quàm
ab alio. Bonacina n. 18. Busenbaum
n. 14. Gobat n. 220. cum aliis.

Q. 3. *Quoties; quo die; quomodo fa-
cienda eleëmosyna?*

R. 1. Ex vi Bullarum, saltem re-
centiorum, sufficit semel facere: quia
tantum